

Petrus de Vinea

*Ep. III 35 (Inter gratitudines
alias, quae uotis nostris...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. III 35 (Inter gratitudines
alias, quae uotis nostris...)*

settembre 1250

Commendat quemdam, cuius industria... ciuitas se ad fidem suam conuertit, animans eum ut continuet.

1. Inter gratitudines alias, quae uotis nostris accedere potuerunt, illam habuit serenitas nostra precipuam, quod marchia Anconitana et Firmana, precipue ciuitas, quam emulorum nostrorum falsa suggestio a beneplacitis nostris aberrare coegerat, tuae interpositione uirtutis ad uiam rectitudinis et ad cultum nostrae fidei se conuertit. 2. Ex quo preter alia tuae deuotionis obsequia, quae te in conspectu nostrae maiestatis clarificant, haec specialiter te clariorem efficiunt et nostris obnixe uisceribus impresserunt. 3. Licet igitur tuae deuotae uirtutis experientia nostra sibi ipsa sit stimulus nec extrinsecae motu exhortationis indigeat, deuotionem tamen tuam monemus, et hortamur attente, quatenus processum ex precedentibus actibus presentibusque laudabilem ad consummationis gloriam futuram continuando perducas, ut, sicut in hiis quae tuae industriae commisimus, hucusque quieuiamus, sic in hiis, quae facienda sunt, in posterum quiescamus.